

al Convento de S^{ta} Dominga del Puerto de Madrid



fol. 46.

A C T A
CONGREGATIONIS

INTERMEDIÆ

IN CONVENTU

SANCTI PAULI REGALIS

HISPALENSIS

CELEBRATÆ

DIE SEXTA MAII

MILLESSIMI SEXCENTESSIMI

QUINQVAGESSIMI

SEXTI.

Anno



1656.

H I S P A L I

*Apud Ioannem Gomez de Blas, eiusdem Conventus
Typographum.*


ACT
CONGREGATIONIS

INTERMEDIARIE
IN CONVENTU

SANCTI PAULI REGALIS
HOSPITALIS
CHIRURGICAE

DIE SEPTIMA MAII
MILLESSIMO SEXCENTESIMO

QUINGENTESIMO
SEXTO



Anno

1626.

1591

Joannes Gomez de Blas, in hoc Conventu
Typographus.

IN NOMINE DOMINI
 IESV CHRISTI,
 ET BEATISSIMÆ VIRGINIS
 MARIÆ,
 ET BEATI DOMINICI PATRIS
 NOSTRI.

HÆC SVNT ACTA

Congregationis Intermediæ celebratæ
 in Conuentu nostro S. Pauli Regalis His-
 palensis die sexta mensis Maij anno Do-
 mini millesimo sexcentesimo quinqu-
 gesimo sexto, sub Reuerendo Adm.
 P. N. Fr. Ludouico de Espinosa, in Sacra
 Theologia Magistro, Prouinciæ Boeticæ
 Priore Prouinciali. Diffinientibus RR. PP.
 Fr. Francisco de Zayas Magistro, &
 Priore S. Dominici de Porta Cœli: & Fra-
 tre Paulo de Carmona Magistro, & Prio-
 re SS. Pauli & Dominici Altigiensis: & Fr.
 Ioanne Ponce Magistro; & Fr. Ildefonso
 à S. Thoma Præsentato, & Lectore Pri-
 mario Sacræ Theologiæ Conuentus S.
 Dominici Malacitani.

DENVNTIATIONES.

Denun-
tiatur Acta
Cap. Pro-
vincialis pro-
ximè præ-
teriti, fuisse
confirmata
in hac Con-
gregatione
Intermedia



IN PRIMIS DENVNTIAMVS

omnibus Patribus, & Fratribus
huius nostræ Prouinciæ, Acta
Capituli nostri Prouincialis ce-
lebrati in Conventu nostro Sanc-
tę Ciucis Regalis Granatensis

die 25. mensis Aprilis anni Domini 1654. esse con-
firmata in hac nostra Congregatione Intermedia,
& eius Diffinitorio, declarantes in suo robore per-
manere, & obseruari debere omnia, quæ in ipsis, &
prout in ipsis continentur.

Denuntia-
tur resolu-
tio Reuerē-
dissimi P.
N. M. Ge-
neralis cir-
ca dubium
de Vicaria-
tu Genera-
li, mortuo,
vel amoto
Prouinciali.

Item denuntiamus consultum fuisse R^{mum} P. N.
M. Generalem, iuxta declarationem in dictis Actis
Num. 19. contentam, circa dubium, quod se offe-
rebat de Vicario Generali, mortuo, vel amoto
Priore Prouinciali: resolutum fuisse à sua Reue-
rendissima P. sub hac forma, & his verbis.

Quamquam pro nullis alijs Prouincijs nostri
prædecessores declarauerint, quòd Prouinciali in-
tra primum sui officij biennium mortuo, vel amo-
to, Prior illius Cōuentus, vbi Capitulum Interme-
dium, vel Congregatio celebrāda erat, debeat esse
Vicarius Prouinciæ; nihilominus attendentes ali-
qua motiua specialia, quę magis, & peculiariùs in
Prouincia vestra militant, quàm alibi, atque eorum
intuitu cōdescendentes eiusdem Prouinciæ ratio-
nabili petitioni. Volumus, & declaramus perpe-
tuis futuris temporibus, ita obseruari debere, quòd
mortuo, vel amoto Prouinciali (siuè ante, siuè post
fini-

finis sui Prouincialatus annum secundum de-
cesserit) Vicarius Prouinciæ semper erit Prior
illius Cœnobij, quod proximo Capitulo electionis
fuerat legitimè nominatum, ac deputatum: etsi quo
casu acciderit tale Cœnobium in præcedenti Capi-
tulo electionis non fuisse designatum, vel actu
Priorem non haberet, retrocedendum erit ordi-
natè ad Priores illorum Conuentuum, in quibus
proxima Capitula electionis fuerunt celebrata, in-
cipiendo ab ultimo, & sic deinceps, ita quòd
quoad hoc ratio non habeatur aliorum Conuen-
tuum, in quibus solùm Intermedia Capitula, vel
Congregationes celebrandę sunt, aut celebrate
fuerunt: salua in cæteris æquiparantia inter Capi-
tula electionis, & Congregationes Intermedias
quoad ius eligendi Diffinitores, &c.

ABSOLUTIONES, ET REVOCATIONES.

IN primis secundum antiquam nostræ Prouin-
cię consuetudinem, absoluimus omnes, & sin-
gulos Supprios quorumcumque Conuentuum
huius nostræ Prouinciæ, & absolutos fore declara-
mus à die notificationis horum Actorum in suis
Conuentibus, excepto dumtaxat Supprie Con-
uentus nostri Sancti Pauli Hispalensis, propter in-
stantem electionem Prioris in eodem Conuentu.

Absoluū-
tur Sup-
prios.

Item absoluimus omnes Vicarios Monialium,
& earum Confessores, quos ex nunc pro tunc
absolutos esse declaramus.

Absoluū-
tur Vicarij
& Cōfes-
sore Mo-
nialium

ACCEPTATIONES.

Acceptan-
tur Acta Ca-
pituli Ge-
neralis cele-
brati Romæ
1650.

A Cceptamus cum debita reuerentia Acta Capituli Generalis celebrati Romæ in Conuentu S. Marię Super Mineruam, anno Domini 1650. sub Reuerendissimo P. N. Fr. Ioanne Baptista de Marinis, Magistro Generali totius nostri Ordinis, quę iam à nobis transmissa sunt ad omnes Conuentus nostrę Prouincię ad eorum notitiam, & obseruantiam. Mandantes omnibus, & singulis Patribus, & Fratribus huius nostrę Prouincię, vt executioni mandetur statim, quod in Ordinatione quinta dicti Capituli Generalis ordinatum, & mandatum est sub præcepto circa formam, & delineamentum caputiorum, sub pœnis in dicta Ordinatione constitutis.

Acceptan-
tur Magis-
tri, & Præ-
sentati.

Item acceptamus Magisterium R. P. Pręsentati Fr. Dominici de los Reyes, Prioris S. Marię Conceptionis de Cabra, loco vacanti R. P. Fr. Ioannis Blazquez Magistri numeralis defuncti de filiis Prouincię.

Item acceptamus Magisterium R. P. Fr. Antonij Delgadillo Prioris Conuentus Malacitani, loco R. P. Magistri fratris Francisci Tello, Magistri numeralis defuncti ex filiis Prouincię.

Item acceptamus Pręsentaturam extra numeralem R. A. P. Fr. Ildefonsi à S. Thoma Lectoris Primarij Sacrę Theologię Conuentus S. Domini- ci Malacitani, huius Congregationis Diffinitoris.

Item acceptamus Pręsentaturam R. P. Fr. Petri de Vargas Machuca, eiusdem Conuentus Malaci-

5

lacidani Regentis, loco R. P. Fratris Ildefonsi de Carmona, in hoc Capitulo ad gradum Magisterij expositi; quem locum mutuò accepit Prouincia à dicto Conuentu S. Pauli Hispalensis postea restituendum ipsi.

Item acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Petri Chacon Lectoris Primarij Collegij S. Thomæ Aquinatis Hispalensis, loco R. P. Fratris Ioannis de Arriola Præsentati numeralis defuncti ex filijs Prouinciæ.

Et quia iuxta statutum Collegij S. Mariæ del Rosario Alcobricensis multoties acceptatum, Lector Theologiæ, qui per quinquennium in ipso Collegio Theologiam perlegerit, Apostolica auctoritate, ipso iure est Præsentatus. Declaramus quòd R. P. Fr. Ildefonsus de Henestrosa Lector Theologiæ prædicti Collegij legitimè est Præsentatus; eo quòd secundum huiusmodi statutum iam quinquennium in prædicto Collegio Theologiam perlegerit.

Item acceptamus Prædicaturam Generalem, R. P. Fr. Ildefonsi del Moral, loco R. P. Fr. Thomæ Philippe de Guerra defuncti, pro Conuentu & Collegio S. Mariæ del Rosario de Almagro, ex filijs Prouinciæ.

ORDINATIONES.

IN primis ordinamus quòd aliàs ordinatum est in nostro Capitulo Prouinciali proximè præterito Numero 25. Et insuper mandamus in virtute

Circa de-
tentionem
assignato-
rum.

Spiri-

Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub formali præcepto, & sub pœna absolutionis ab officio omnibus Prioribus, & Conuentuum Præsidentibus, ne detineant assignatos, sed statim suas assignationes prosequantur ad Conuentus, ad quos sunt assignati: & Patribus Prioribus, & Præsidentibus Conuentuum, ad quos tales assignati pertinent, sub eodem præcepto, & sub eadem pœna præcipimus, quòd si à præfixo termino moram notabilem fecerint, rigorosissimè puniant illos.

Circa fratres fugitiuos, & vagos.

Et ad euitanda scandala fratrum extra Conuentum fugitiuè commorantium, & ad reprimendos vagos discursus nostrorum fratrum: præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali, & sub pœna excommunicationis maioris latæ sententię, vna hac pro trina canonica monitione præmissa, quam ipso facto incurrant contrafacientes, omnibus Prioribus, & Conuentuum Præsidentibus, quòd tales fugitiuos non nisi in carceribus recipiant, ibidem pro qualitate delicti multandos: & sub eodem præcepto, & censura præcipimus omnibus Supprioribus, vt de ipsis fugitiuis statim R. P. nostrum Prouincialem moncant, & interim in securo carcere detineant, donec à sua R. A. Paternitate quid de illis faciendum sit, resolutionem habeant.

Circa requisita Ordinandorum

Item ordinamus iuxta Ordinationem factam in Capitulo nostro Prouinciali Num 23. vt vltra inibi requisita de qualitatibus Ordinandorum: nullus deinceps ad sacros Ordines promoueatur, nisi habue-

habuerit à professione sua quatuor annos comple-⁴
tos, & sex ad Ordinem Præbyteratus.

Item ordinamus, & præcipimus sub pœna inhabilitatis ad Officia, Dignitates, & Prælaturas omnibus, & singulis Prioribus huius nostræ Prouinciæ, vt in fine sui officij, antequam de Conuentu, in quo sunt Priores exeant, rationem reddant, quæ receperint, & expenderint in tempore sui Prioratus: & hoc fiat in communi Deposito in libro Expenfarum ad hoc deputato coram Suppore, & Depositarijs Conuentus, & tali ordine, & dispositione, vt in visitatione R. A. P. Prouincialis constet clarè, & distinctè quid in tempore præsentis Prioris receptum, & quid expensum sit, & quid in tempore Prioris præcedentis.

Circa ratione reddendam à Prioribus in fine sui Prioratus.

Et quia silentij obseruantia est maximè commendata in nostris Constitutionibus: ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, (& sanctæ obedientiæ, & sub formali præcepto, & sub alijs pœnis in Actis Capituli Prouincialis proximè præteriti impositis, vt nullus frater ingrediatur cellam alterius, nec suam altero, siuè fratre, siuè seculari intus existenti, ita vt duo simul existere non possint in vna & eadem cella, exceptis cellis Magistrorum extra tempus silentij: & in hac Ordinatione includimus cellas hospitem intra claustra Conuentuum degentium.

Circa silentium, & ingressum cellarum.

Item ordinamus, quòd in Ordinatione secunda Capituli nostri Prouincialis præteriti Num. 19. ordinatum est circa dispensatos à sequela Chori.

Circa dispensatos à sequela Chori.

Declarantes, quòd Præsentati non sunt exempti ab ordinaria sequela Chori, sed tenentur ad illam sicut cæteri fratres Conuentuales: præcipientes Patribus Prioribus in meritum obedientiæ, vt si quos reppererint maximè defectuosos, moneant de eorum defectu R. P. N. Prouincialem, vt prouideat de remedio.

Circa de-
tentionem
in Conuē-
tibus ma-
ioribus co-
rum, qui
studia cō-
pleuerūt,
& sunt ex-
positi.

Et quia in minoribus Conuentibus est inopia fratrum ad habendas conciones, & ad Sacramentum Pœnitentiæ ministrandum, quibus abundant, sine necessitate, Conuentus maiores. Ordinamus, vt Patres Priores admoneant R. P. N. Prouincialem de illis, qui sua compleuerunt studia, & sunt iam expositi, vt pro sua prudentia R. P. N. Prouincialis prouideat minoribus Conuentibus.

Circa de-
signationē
Magistri
Nouitiorū

Item ordinamus, quod aliàs ordinatum est in Actis Capituli nostri Prouincialis Num. 25. circa designationem Magistri Nouitionum. Designamus, & instituimus in Magistrum Nouitionum pro Conuentu nostro Sancti Pauli Regalis Cordubensis R. P. Fr. Ioannem de Ayora; & pro Conuentu Regali Sancti Dominici Xiriciensis R. P. Fr. Christoforum de Padilla; & pro Conuentu Sanctorum Pauli, & Dominici Astigiensis R. P. Fr. Paulum de Lumeras, & pro Conuentu, & Collegio S. Mariæ del Rosario Alcobricensi R. P. Fr. Ioannem Dotor; & committimus totam nostram authoritatem R. A. P. N. Prouinciali, vt possit designare, & instituire Magistros Nouitionum in cæteris Conuentibus, in quibus non sunt designati, & instituti, quos sua

A. R.

5

A.R. Paternitas secundum suam magnam prudentiam idoneos iudicauerit: & taliter designati, cum probè, & laudabiliter suum expleuerint munus iuxta Acta Capituli Generalis Valentiae anno Domini 1647. & Romae 1650. gaudeant omnibus gratijs, exemptionibus, & priuilegijs in illis concessis. Et quia R.P. Fr. Ioannes Dotor designatus, & institutus fuit à R.P. Magistro Fr. Ildefonso de Mora Priore Prouinciali huius Prouinciae, autoritate sibi commissa à R.A. Diffinitorio Capituli Prouincialis Hispali celebrati anno 1650. mense Augusto 1653. & dictus R.P. Fr. Ioannes Dotor probè, & laudabiliter suum dictum officium exercuerit per sexdecim annos; ideo cum adimpleuerit quatuor annos à praedicta designatione, acceptamus eum ad omnes gratias, fauores, & exemptiones concessas per dicta Capitula Generalia, dummodo iuxta tenorem illorum usque ad sexsenium post dictam designationem prosequatur in suo munere. Et omnibus Patribus Magistris Nouitiorum in meritum obedientiae praecipimus, ut diebus omnibus, quibus non recitatur Officium paruum Beatissimae Virginis in Choro, nullo modo omittatur in Domo Nouitiorum iuxta laudabilem consuetudinem nostram.

Et quia ordinatum est in Actis Capituli nostri Prouincialis praeteriti, omnes adesse debere recitationi Sanctissimi Rosarii: praecipimus omnibus PP. Prioribus, & Conuentuum Praesidentibus, ut obligent omnes suos subditos cuiuscunque conditionis, etiam Lectores, ut tali recitationi assistant.

De assis-
tentia ad
recitandū
Rosarium
B. Virginie
Marię.

*EXPOSITIONES AD GRADVM
Magisterij.*

Expositio-
nes graduū
dorum, ti-
tulo Lec-
tionis.

Pro rata filiorum S. Pauli Regalis Hispalensis
exponimus ad gradum Magisterij R. P. fra-
trem Ildefonsum de Carmona Priorem, & Recto-
rem Conuentus, & Collegij S. Marię del Rosario
de Almagro, loco R. P. Magistri Fr. Francisci de
Bolaños numeralis defuncti: quem locum deter-
minatè designandum Reuerendissimus P. N. Ma-
gister Generalis Definitorio Capituli Intermedij
deuoluit.

*EXPOSITIONES AD GRADVS
Præsentaturæ titulo Lætionis.*

Exponimus ad gradum Bachalaureatus, seu
Præsentaturæ pro filijs Prouinciæ R. P. Fr.
Ferdinandum de Anguita Regentem Conuentus
S. Catharinæ Martyris Giennensis, loco R. P.
Fr. Ludouici Cortes Præsentati numeralis defunc-
ti. R. P. Fr. Ioannem de Valencia Priorem Conuen-
tus nostri S. Dominici de Ossuna, loco R. P. Fr. Do-
minici de los Reyes, Præsentati numeralis in hoc
Capitulo ad gradum Magisterij acceptati. R. P. fra-
trem Ferdinandum de Amaya Lectorem Prima-
rium S. Dominici Xiriciensis, loco R. P. Fr. Ferdi-
nandi Celdram Præsentati numeralis defuncti.
R. P. Fr. Ludouicum de Resa Regentem Conuen-
tus nostri Sancti Dominici de Ossuna, loco R. P.
Fr. Ioannis Montañes Præsentati numeralis de-
functi.

6

EXPOSITIONES AD GRADUS
Præsentaturæ titulo Prædicationis.

EXponimus ad gradum Bachalaureatus, seu Præsentaturæ, titulo Prædicationis, R. P. Fr. Franciscum de Leon, Priorem Conuentus Sancti Bartholomei de Vtrera, loco R. P. Fr. Emanuelis de Vargas Præsentati numeralis defuncti, iterum iam postulatum in Actis Capituli Prouincialis proximè præteriti. Et R. P. Fr. Petrum de Herrera, loco R. P. Fr. Antonij Iurado Præsentati numeralis defuncti: hi duo pro rata filiorum Prouinciæ.

Exposi-
tiones ti-
tulo Præ-
dicationis.

Et pro rata filiorum Sancti Pauli Regalis Hispalensis R. P. Fr. Petrum de Angulo, loco R. P. Fr. Ferdinandi de Maqueda Præsentati numeralis defuncti.

INSTITUTIONES PRÆDicatorVM
Generalium.

Pro rata filiorum Sancti Pauli Regalis Hispalensis instituimus Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Franciscum de Amarilla, pro Conuentu S. Dominici de Scala Cœli Cordubensis, loco R. P. Præsentati Fr. Simeonis de Castellanos Prædicatoris Generalis defuncti. Instituimus Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Petrum de Leon pro Conuentu Sancti Dominici de Baeza, loco R. P. Præsentati Fr. Ferdinandi de Maqueda Prædicatoris Generalis defuncti, Et pro Conuentu S. Dominici de Archidona instituimus Prædicatorem Generalem R. P. fratrem Thomam de Aguilar, loco R. P. Præsentati fratris Ioannis Mexia.

Institutio-
nes Prædi-
catorum
Generalium.

Et pro rata filiorum Prouinciæ instituimus Prædicatorem Generalē R. P. Fr. Franciscum de Cifuentes pro Conuentu S. Dominici de Badajoz, loco R. P. Fr. Nicolai de Lara defuncti. Et pro Conuentu S. Mariæ Conceptionis de Antequera instituimus Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Paulum de Lumeras, dummodo prosequatur officium Magistri Nouitiorum, loco R. P. Præsentati Fr. Antonij Iurado: & pro Conuentu S. Petri Martyris de Marchena instituimus Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Ioannem de las Cuevas, loco R. P. fratris Petri de Herrera Prædicatoris Generalis: qui Prædicaturam suam quoad rem, & nomen in hoc Diffinitorio renuntiavit per promotionem ad gradum Præsentaturæ.

Et quia in Actis Capituli Prouincialis proximè præteriti, factæ sunt aliquæ postulationes in locis vacantibus numeralibus Bachalaureatus, & Præsentaturæ, quorum litteræ patentes adhuc à nostro Reuerendissimo P. M. Generali non sunt expeditæ: iterum eosdem postulamus in eisdem locis vacantibus; videlicet pro filiis S. Pauli Regalis Hispalensis, titulo Lectionis, R. P. Fr. Franciscum de Escobar Regentem Collegij Alcobricensis, loco R. P. Fr. Marci de Aguilar Præsentati numeralis, iam ad gradum Magisterij promoti. R. P. Fr. Franciscū Ramirez, Regentem Conuentus S. Dominici Murcienfis, loco R. P. Præsentati Fr. Thomæ Franco Præsentati numeralis, iam ad gradum Magisterij acceptati. R. P. Fr. Franciscum de Velisa Lectorem Theo-

Theologiæ eiusdem Conuentus Murciensis, loco R.P.Fr. Hieronymi Caluo Præsentati numeralis, iam ad gradum Magisterij acceptati. Et pro filiis Prouinciæ R.P. fratrem Ioannem Alvarez Regētem Conuentus Regalis S. Crucis Granatensis, loco R.P. Fr. Antonij Delgadillo Præsentati numeralis, & iam ad gradum Magisterij acceptati: & titulo Prædicationis pro filiis Prouinciæ R.P. Fr. Bartholomeum Belmudo, loco R.P. Fr. Ioannis de Torquemada Præsentati, iam ad gradum Magisterij promoti. R.P. Fr. Ioannem Guerrero Messia, loco R.P. Fr. Michaelis de Vega Præsentati numeralis defuncti.

HÆC SVNT NOMINA defunctorum.

IN CONVENTU REGALI SANCTI PAULI *Cordubensis.*

O Bijt Pater Fr. Franciscus de Vigara Sacerdos, & Pater antiquus, patientissimus in laboribus & infirmitatibus, humilitate præditus, & in paupertate diues.

Fr. Rodericus Mexia, laicus.

IN CONVENTU REGALI SANCTI PAULI *Hispalensis.*

O Bijt R.P. Præsentatus Fr. Ferdinandus de Maqueda Predicator Generalis, & Pater antiquus.

R.P. Præsentatus Fr. Simeon Castellanos Predicator Generalis, & Pater antiquus.

7
R. P. Præsentatus Fr. Ioannes Mexia Predicator
Generalis, & Pater antiquus.

R. P. Præsentat. Fr. Petrus Guerrero Pater antiquus.

P. Fr. Ildefonsus de Trucua, Sacerdos.

Fr. Mathæus de Sancto Dominico, laicus.

Fr. Bartholomæus Granados, laicus.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
Ciuitatis Regalæ.

Obijt Fr. Franciscus Baro iuuenis.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Alcaraz.

O Bijt P. Fr. Thomas Rubio, Pater antiquus,
maximæ virtutis vir, & qui ab ingressu ferè
Religionis Constitutiones nostras in toto rigore
obseruauit, semper vtendo laneis, etiam graui infir-
mitate correptus, Theologiæ morali semper va-
cans, & dubia resoluens in hac materia maxima
dexteritate, & conformiter ad Doctrinam Angeli-
ci Doctoris: qui in vltima infirmitate positus mor-
tem alacriter aspexit securus de sua æterna salu-
te, quem nullus vnquam vidit nudum; tanta
enim erat eius honestas, vt in infirmitate (qua mul-
tis annis aggrauabatur) oppressus, quia intrinseca
erat, propter honestatem nemini visendam osten-
dit; & post obitum eius inuentus est zona ferrea
cinctus, ita carni adhærente, vt maxima cum dif-
ficultate auelli posset. Tandem virtutibus plenus in
Domino obdormiuit.

IN CONVENTU REGALI SANCTÆ CRUCIS
Granatensis.

O Bijt R. P. Magister Fr. Emanuel de Vargas
Pater antiquus, qui per viginti & tres annos
Cathedram Scripture Sacre in Vniuersitate Gra-
natensi rexit, & per multos annos conciones admi-
rabiles ad populum habuit cum maximo fructu
animarum illum audientium.

P. Fr. Didacus Descalço, Pater antiquus.

P. Fr. Augustinus Melloni, Sacerdos.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Baeza.

O Bijt Pater Fr. Franciscus de Cabrera, Sacer-
dos, & Pater antiquus.

IN CONVENTU SANCTORUM MARTYRVM
Cordubensium.

O Bijt P. Fr. Ioannes Ramircz Sacerdos, & Sup-
prior eiusdem Conuentus.

IN CONVENTU REGINÆ ANGELORVM
Hispalensi.

O Bijt R. P. Præsentatus Fr. Nicolaus de Lara
Predicator Generalis, & Pater antiquus, qui
postquam per spatium viginti annorum Capellæ
Sanctissimi Rosarij, in eodem Conuentu sitæ, infer-
viuit maximo cum exemplo, tam Regularium,
quàm secularium, infirmitatem satis grauem, & pro-
lixam vsque ad transitum suum patienter sustinuit.

8
Pater Fr. Christoforus Cantero, Sacerdos, & Pater antiquus.

P. Fr. Isidorus de Cardenas, Sacerdos, & P. antiquus.

P. Fr. Antonius Caracuel, Sacerdos, & P. antiquus.

*IN COLLEGIO MAIORI SANCTI
Thomæ Hispalensi.*

O Bijt R. P. Fr. Petrus de Antezana, Sacerdos,
& Pater antiquus.

P. Fr. Bartholomæus Carreño Lector, & Collega.

P. Fr. Antonius Verdugo Collega.

*IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Escala Cæli Cordubensis.*

O Bijt P. Fr. Bartolomæus de Contreras, Sacerdos,
& Pater antiquus.

P. Fr. Ioannes de Orgaz, Sacerdos, & Supprior eiusdem Conuentus.

P. Fr. Saluator de Alarcón, Sacerdos.

*IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Badajoz.*

O Bijt R. P. Fr. Ioannes de Valençuela, Prior
eiusdem Conuentus.

*IN CONVENTU ET COLLEGIO SANCTÆ
Mariæ del Rosario de Almagro.*

O Bijt R. P. Fr. Thomas Philippi de Guerra,
Predicator Generalis, & Prior Conuentus
Sancti Dominici del Campo.

Fr. Ildefonsus Ginete, laicus.

IN

IN CONVENTU SANCTÆ MARIÆ
de Guadalupe de Vaena.

Obijt R. P. Præsentatus Fr. Antonius Iurado
Predicator Generalis, & Prior eiusdem
Conuentus.

IN CONVENTU S. ANCTÆ MARIÆ
del Socorro de Gibræleon.

Obijt P. Fr. Ioannes de Peñafiel, Sacerdos, &
Supprior eiusdem Conuentus.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
Malacitani.

Obijt R. P. Præsentatus Fr. Ioannes Montañes.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Palma.

Obijt P. Fr. Mauritius de Incarnatione, Sacer-
dos Hibernus.

IN CONVENTU SANCTI SEBASTIANI
de Arazena.

Obijt Fr. Laurentius de Bonaventura, laicus.

IN CONVENTU S. ANCTI DOMINICI
Xiriciensis.

Obijt R. P. Fr. Christoforus Merino, Sacerdos,
& Pater antiquus, qui multa patientia,
pœnosam, & prolixam infirmitatem vsque ad mor-
tem sustinuit.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI DE
Murcia.

O Bijt R. P. Fr. Ferdinandus Celdram Præsen-
tatus, & Prior eiusdem Conuentus.

IN CONVENTU SANCTI DOMINICI
de Lorca.

O Bijt R. P. Fr. Ioannes Blazquez, Magister, &
Prior eiusdem Conuentus.

S Vffragia pro viuis, & pro defunctis eadem
fiant, quæ in Actis Capituli Prouincialis pro-
ximè præteriti commendata sunt. In quorum fidem
præsentibus subscripsimus, & sigillo paruo nostræ
Prouinciæ muniri mandauimus. Datis in Conuen-
tu nostro Regali Sancti Pauli Hispalensis die vn-
decima mensis Maij anni Domini millessimi sex-
centessimi quinquagesimi sexti.

Fr. Ludouicus de Espinosa, Prior Prouincialis.

*R. P. Fr. Franciscus de Zayas Magister, Prior S. Domi-
nici de Portacæli, & Diffinitor.*

*R. P. Fr. Paulus de Carmona, Magister, Prior Sanctorum
Pauli & Dominici Astigiensis, & Diffinitor.*

R. P. Fr. Ioannes Ponce Magister, & Diffinitor.

*R. P. Fr. Ildefonsus à Sancto Thoma Præsentatus, & Lec-
tor Primarius Sacre Theologiæ, & Diffinitor.*

Fr. Ludouicus de Espinosa
per pl[urim]os

Refrendata fol. 2.

*Fr. Balthasar de Squinel, Magister, Socius,
& Secretarius Diffinitorij.*